

Codice Diplomatico Longobardo I, 56

+ In nomine domini Dei saluatoris nostri Iesu Christi. regnantes domno nostro Liutprand uiro excellentissimo rege, anno regni eius uicensimo quarto, et precellentissimo nepote eius domno nostro Hilprand rege, anno primo, mense martio, inductione quarta. Constat me Lupo uirum honestum uinditorem filio quondam Audoald abitature castello Uffi, ideo hac die uindedissit et uindedidit, tradedissit et tradedidit uobis domno Uualpert gloriosissimo duci per misso uestro Fusio, id est: casa ubi manere uideor, seruis, ancillas, uineis, campis, siluis, cultum adque incultum, mobile uel inmobile; omnia et ex omnibus de quantum ad manum mea habere uisus sunt, integrum uobis tradedidit. et suscepit ad uos domno Uualpert gloriosissimo duci per misso uestro Fusio pretium placitum et definitum auri soledos uiginti tantum; quatinus de meo exiuet dominio, et in uestra cui supra tradedimus esse potestatem possedendum, quod ab udierna die abeas, teneas, adque possedeas, et ad tuos posterus derelinquendum liueram habeas potestatem. et, quod non credo, si ego Lupo uir honestus uinditor seu heridibus [meis aut] qualiuet sopsita persona uobis ipsa uinditionem subtragere uoluerit, et uobis eam menime defensare non potuerimus seu heridibus meis, conponat uobis uel ad heridibus uestris dubla conditionem, meliorata rem; et cartula uinditionis meae in sua permaneat firmitatem. Quem uiro cartulam uinditionis meae Deodaci notarium scriuendam rogaui, et subter manum mea propria signum sanctae crucis fecit, et testis ut subscriuerent uel signa faceret conrogaui. Actum in Luunensem ciuitatem, in mense suprascripto, per inductione suprascripto quarta. Signum + manus Loponi uiri honesti uendoris, qui cartulam fieri rogauit. Signum + manus Theutpert uiri magnifici filio quondam Perdrichis de Luca testis. + Istefanacis uir clarissimus ciuis Lunensi rogatus ha Lupune uiro honesto uindeture, sicut superius legitur, testis suscripsi, et eum signum facientem uidi, uel ipso pretio in presenti dare uidi auri soledus uiginti. + Barsucis uir clarissimus ciuis Lunensis rogitus a Lupune uiro honesto uinditure, sicut superius legitur; testis suscripsi, et eum segnum facientem uel ipso pretium auri soledus .XX. in presenti dare uidi. + Ego qui supra Deodaci notarius scriptor huius chartule uinditionis, quam pos tradita compleui et dedi.